

INDEX ARGUMENTORUM

Contentorum in hoc Primo Tomo,

PROLEGOMENON PRIMUM. De hodierna concionandi ratione. Pag. vii
PROLEGOMENON SECUNDUM. De ratione imitandi notæ melioris Concionatoris. xiii

A	<p>ADOLESCENTIA, Adolescentiæ institutio; vitia, in quæ prona est; virtutes ab ea comparandæ; ejus officia; pericula illi impendentia &c. Pag. 1.</p> <p>ADULTATIO, Qui eam patiuntur, & faciunt; complacentia &c. 13.</p> <p>AFFECTUS; eorum perturbatio, & mortificatio; affectus prædominans, ejus subigendi necessitas. 28.</p> <p>AMBITIO. 53.</p> <p>AMICITIA; amicitia Christiana; amicorum electio; cum viris bonis familiaritas; veri, & falsi amici. 74.</p> <p>AMOR DEI. 89.</p> <p>AMOR INIMICORUM, & injuriarum venia. 124.</p> <p>AMOR, & CHARITAS erga proximum. 156.</p> <p>AMOR SUI; inordinatus amor sui ipsius; utilitatis suæ cura; præceptum, quo nosmet odiffi jubemur. 181.</p> <p>ANIMA HUMANA; ejus excellentia, pretium; quæ illius cura sit habenda &c. 195.</p> <p>ATHEI; Atheismus, Deistæ, Impii, Infideles; argumenta Dei existentiam probantia. 210.</p> <p>AVARITIA; divitiarum amor, usura &c. 237.</p>
B	<p>BAPTISMUS, obligationes, quas per baptismum contraximus; nomen Christiani, quod ibi recepimus, & officia, ad quæ nos adstringit. 264.</p> <p>BEATITUDO; æterna felicitas, paradifus, cæli desiderium, gloria Beatorum. 284.</p>
C	<p>CÆCITAS ANIMÆ; cordis obduratio, Dei destitutio. 320.</p>
D	<p>CHRISTIANISMUS; Religio Christiana; illius præstantia, institutio, credibilitatis argumenta, persecutiones, martyria, miracula. 347.</p> <p>COMMUNIO; preparatio ad communionem; bona, & mala communio, frequens &c. 371.</p> <p>CONFESSIO; Sacramentum penitentia, & partes illud constituentes &c. 390.</p> <p>CONFIDENTIA IN DEUM. 413.</p> <p>CONFORMITAS DIVINÆ VOLUNTATI; submissio præceptis illius. 436.</p> <p>CONSCIENTIA bona, & mala; conscientia erronea, malæ conscientia tormentum; bonæ pax, & tranquillitas. 451.</p> <p>CONSUETUDO, Mos; tyrannicum consuetudinis imperium; servitus eorum, qui eidem obsequuntur &c. 470.</p> <p>CONTINENTIA; castitas, puritas, & quidquid ad hanc virtutem pertinet. 484.</p> <p>CONVERSIO PECCATORIS; ejusdem reditus ad Deum; dolor & penitentia peccatorum; mutatio vitæ; interior penitentia; spiritus contritionis &c. 499.</p> <p>CORRECTIO FRATERNA; reprehensio, punitio &c. 526.</p> <p>CURIOSITAS; dissipatio spiritus, effusio cordis, in suis officiis incuria &c. 549.</p>

B	<p>BAPTISMUS, obligationes, quas per baptismum contraximus; nomen Christiani, quod ibi recepimus, & officia, ad quæ nos adstringit. 264.</p> <p>BEATITUDO; æterna felicitas, paradifus, cæli desiderium, gloria Beatorum. 284.</p>
C	<p>CÆCITAS ANIMÆ; cordis obduratio, Dei destitutio. 320.</p>
D	<p>DETRACTIO, calumnia, & quidquid pertinet ad jacturam alienæ existimationis. 561.</p> <p>DEVOTIO; pietas; vera, & falsa devotio. 583.</p> <p>DIGNITAS; honor, magistratus; quomodo in illis sese gerere oporteat, & eorum officia. 610.</p> <p>DISCORDIA; dissidium, dissensio, jurgium &c. 635.</p> <p>DIVITIAE; fortuna bona; bonus, malusque usus opum; vitia, & mala, quorum sunt causa. 651.</p> <p>DOMINI ET FAMULI; mutuaque inter illos officia. 670.</p>



BIBLIO-

BIBLIOTHECA CONCIONATORIA.

ADOLESCENTIA.

Adolescentia institutio; vitia, in quæ prona est; virtutes ab ea comparandæ; ejus Officia, pericula illi impendentia, &c.

MONITUM.

Adolescentiæ educatio, de qua peculiarem Titulum instituimus, argumentum est longe nimis, lateque extensum, quodque librum potius, quam sermonem deceat, si de virtutibus omnibus, quæ ad eam ætatem pertinent, deque effectibus, ac vitiis, quibus est obnoxia, verba facere velis. Potest nihilominus ad justam Sermonis formam coarctari, dummodo tenet inter unius, vel duarum propositionum cancellos continens, quæ ad mores formandos, imbuendamque adolescentiam pertinent, quemadmodum in primo Tractatus hujus paragrapho præfate admittimus. Hoc autem fieri præsertim debet in locis, usque in puerorum cælibus, ubi quis eos erudire, atque ad virtutem manducare tenetur.

Notandum est tamen hoc de instituenda adolescentia argumentum minime cum filiorum educatione confundendum esse, quæ ad parentes proprie pertinet: licet enim permulta sint, quæ utrobique dici queant; hæc tamen est materia prioris alia, uti videre est ex variis officiis tum eorum, qui erudiunt, tum eorum, qui sunt erudiendi.

In tam amplo argumento illi, qui sanctissimam hanc navant operam, & iis præcipue, qui pueros palam sermonibus, vel hortatiunculis ad eorum statum, ætatemque accommodatis instruant, auctor sum, in hoc præsertim admittantur, ut illi facile intelligant, ex adolescentiæ tempore reliquum vite curriculum, ideoque maximum salutis æternæ negotium pendere; nihilque antiquius esse debere, quam ab ineunte ætate virtutum habitus imbuere, præclara pietatis, & religionis semina facere, peccatum perborrescere. Illis ob oculos exhibenda sunt pericula, indicandique scopuli, in quos ea ætas solet impingere: quæ omnia cum unico sermone in illam, quæ par est, lucem nequeant afferri, necesse puto, in plures adorationes esse partienda. Videmus aliquando materiam.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hoc in argumento construendarum delineatio.

NULLUM Christianæ Adolescentiæ aptius, utiliusque eligi argumentum posse reor, quam in medium eas utilitates proferre, quæ illis uberrimæ cedunt, qui a teneris unguiculis Deo famulantur; hæc enim ætas hoc præfate facile potest, atque adeo salubre consilium amplecti. Duplex, eaque insignis utilitas, quam illi percipiunt, qui a pueris se Deo devotent, partitionem concionis instruet. Prior autem hæc est, eos videlicet qui ab ineunte ætate se Deo mancipant, non eos labores, neque eas difficultates experiri, quæ virtutum exercitationi, ac divino famulatu quodammodo inhzrent. Altera vero, quæ aliquid continet positivum, hæc est, illos qui ita Dei servitio se se dedunt, & qui tenella ætate virtutem excolere gestiunt, omnem ejusdem suavitatem percipere.

Pars Prior. Præmissæ hujus utilitatis rationes ex Prophete Jeremie verbis desumuntur, qui cum dixisset: *Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua: hæc subdit, sedebit solitarius, & tacet, quia levavit se super se;* quæ quidem verba juxta SS. Patrum interpretationem triplicem propositæ veritatis rationem comprehendunt. 1. *Sed. bis;* quiescet, hoc est juxta D. Thomæ sententiam, minime perturbabitur procacis, salacisque adolescentiæ affectibus, quos qui serius coercere student, egre, ac non nisi cum labore illorum estum, atque impetum cohibent. Quis enim ignorat in hoc positum esse virtutis studium, ne tuis affectibus decipiari, sed primos eorum motus conteras, atque animum in omne vitium ruentem modereris? quod efficit, ut alii jugum Domini, quod velis nolis, serius ocyus subeundum est, si salvus esse cupis, in diem semper subire differant; alii postquam illud subiere, statim excutiant; alii demum illud omnino detrectent illecti, aut victi pravis affectibus suis, qui sepe indomiti evadunt. Non exigua est igitur utilitas servientibus Deo jugum ferre ab adolescentia, quo tempore affectus, qui deinceps non spernendum afferent obicem, nondum vigent, neque illud obtinent imperium, quod in adultioribus sevis exer-

cere consueverunt. 2. Affectum quies, atque tranquillitas nequaquam unica est causa, quæ virtutem prebeat faciliorem; Propheta adiecit silentium quoddam a turba, & secularium negotiorum sejunctione procedit: *Sedebit solitarius, & tacet.* Licet enim D. Bernardus hæc de illis explicet verba, qui Religiosum statum amplectuntur, ubi vere ab omnibus sæculi rumoribus, negotiorumque impedimentis absint, intelligi nihil fecius possunt de quovis hominum statu, & conditione, ubi mente saltem, corde, atque affectu a secularibus curis omnino secedendum est, ut Deo quemadmodum oportet, serviat. Hæc autem non in postremis est utilitatibus, quibus adolescentia perficitur, quæ nondum est negotiis implicita, & propter bonos habitus, quos ex recta institutione adeptus est, facilis in pietatis exercitatione, ad quam fuit exulta, potest perleverare. Namque aliquando non secus ac mandu voluptates, erroreque sæculi levi negotio adolescentium corrumpunt animos; ita negotia, rumores, sæcularesque cure, eos distrahunt, dissipant, atque avertunt a qualibet salutis æternæ cura, atque a Dei famulatu, quæ quidem facili oblivione obruantur. 3. Adde cum Propheta: *Quia levavit se super se.* Qui Domini jugum ab adolescentia gestaverit, supra semet ipsum se attollet; hoc est, Divina operam serente gratia super naturam ipsam se efferet, supra aliorum sensus, atque infirmitates, supra metus, qui infirmas detrectent animas; supra humanos respectus, qui obfunt plerumque, ne plurimi in Dei partes palam concedant, ac se pro virtute Rare profiteantur, ita ut in via Domini celeriter currant, dum reliqui vix gradiantur; namque se a teneris Deo mancipantes non modo omnem virtutis laborem evitant, verum etiam omni illius suavitate fruuntur: quæ altera sermonis est pars.

Pars altera. Hæc luce clarior est veritas, non deesse virtuti suavitatem suam quibuslibet etiam sensuum voluptatibus præferendam: verum nequam affirmare dubitaverim quidquid inde lætitiæ, suavitatis, atque solatii dimanat, partem esse innocentium animarum, quæ ab ineunte ætate se Deo

A devo-

devovent. 1. Conscientia pacem, & quietem, cui nihil potest comparari, & quam Biblia perenne convivium appellat; quemadmodum ex adverso nullum excogitari (supplicium potest, quod acres exagret stimulos, ac gravissima poenitentia fastidia eorum qui in secleribus confuere. 2. Hinc Conscientie quieti, qui primis est quodammodo fructus, quem virtus confans demittit, alterum etiam Patres adjuvant, interiore scilicet unctionem, quam Deus super suum jugum effundit, qua non solum levius, verum etiam suavissimum efficiunt, & jucundissimum, ubi a puero gestetur. 3. Tertia, atque postrema ratio est, eum, qui id fecerit, ampliora mereri premia, majoraque ad Caeli acquisitionem sibi merita comparare &c. Depromptum ex sermone secundo in festum Presentationis B. Virginis diem Auctoris Sermonum in omnia Ethice Christiane argumenta.

II. Institui quoque sermo potest, ubi proberur a Deo expecti, eique acceptissimum esse adolescentie servitium; cupis hac esse poterunt argumenta, quae si in lucem suam vocentur, Concionis partitionem subministrabunt.

Prima autem ratio hac est, tempus adolescentie esse vite primordium. At liquido constat Deum praesertim primordia sibi depicere. Quamobrem in veteri lege praeparat, ut cujuslibet rei sibi primitiae offerrentur. De fructibus, eos qui primi colligerentur, sibi offerri jubebat; de animantibus primogenita sibi mactari; de hominibus etiam eos, qui primi in lucem fuissent editi, suo templo voluit praesentari eodem inventurum, licet ut dein redimerentur, permitteret. Qua institutione ostendebat quamvis omnia eaque juris essent sui, sibi tamen magis accepta esse primogenita, quippe quae sibi potiori jure praeter ceteris deberentur, & quae gratitudine nomine postulabat. Hinc cum adolescentie tempus, fit pars prima, viteque principium, eam expetit Deus, sibi que jubet offerri, ut pie, fideique in ipsis famulatur ducatur. Latius etiam explicari potest injuria, qua Deum laesunt, qui hoc illi principium deserere detraunt, atque vite in turpi Mundi famulatio transacte reliquias illi reservant.

Ratio altera, qua tempus adolescentie Deo acceptissimum esse probetur, ea est, quod communiter, atque secundum naturalem rerum ordinem loquendo haec purior est vite pars, & quam vitia minus depravat. Ea etate nondum tanta peccati habetur cognitio, neque tanta peccandi suppetit facultas, & occasio. Judicium nondum iniquissimis Mundi preceptis preveritur, neque mores, ac studia impiorum contagione corripit. Adhuc gratia in Baptismo recepta adhuc recens Deo hanc gratiam efficit chariorum, in iis saltem, qui innocentie suae jacturam non passi sunt. Hinc etiam iudicium ferri potest de eorum improbitate, qui pueris pravissimis exemplis corrumpunt, nec non de illorum apud Deum meritis, qui adhortationibus, praecipitque puerorum student salutem, eosque in virtutum delectatione exercitant.

Ratio tertia, ex qua altera Sermonis hujus pars concinnari potest, hac est; adolescentie praesertim tempore plurimas occasiones adesse, quibus te vere Dei amore flagrare demonstras. Illud primarium tentationum est tempus, quibus acris sollicitaris, ut Dei amorem exuas, ejusque famulatum excitas. Tui te affectus perentant, primum tunc impetum exerentes; tui te scilicet tentant, qua sermonebus, qua exemplis in vitium impellentes; te Mundi tentant illecebrae, & ea omnia, quae oculis obiciuntur; adde communem nostrae salutis hostem, nihil intentatum relinquentem, ut nos a Dei servitio dyellat: ita ut etas illa proprie dici queat praesili, ac certaminis tempus, quo palam ostendere debes, te vere Deo famulari, eum amare, illi fideliter adherere. *Gobinet in institutione adolescentie.*

III. Ostendi potest rectam, sanctamque institutionem tanquam signum praedestinationis habendam. 1. Per hanc enim tollitur quicquid naturale peccat in genitum; boni pietatis, religionisque sensus imbutur; sancta ediscuntur praepcepta, quae ut plurimum in omni vite curriculo retinentur; si quis aliquando ceciderit, surgit facilius, & ea pietatis rudimenta, quibus imbutus est, boni seminis insar fructus tempore suo ferre non cessant. 2. Quia Deus qui peculiari eos amore prosequitur, qui a teneris usque unguiculis se se illi devoverunt, peculiariis etiam cumulat gratiis, tuetur,

deducit, illisque ea praebet adminicula, quorum ope in sancto ipsius servitio perseverent. Si enim ut plurimum finalem iis elargitur perseverantiam, qui fidelem servitium servitium, nunquid eam illis abnuet, qui ab infantia eum colere, eique obsequi inceperunt? Ita videmus eos, qui majore sanctitatis laude floruerunt, & quos Deus ad altiorum gloriae verticem evocavit, plerumque ab incunabulis, non nisi singularissima praecipua gratia inceperunt. 3. Nam per bene institutam adolescentiam boni assumuntur habitus in reliquum vitae spatium permanenti, qui virtutis exercitacionem nobis faciliorem exhibent, ac post vitam cum sanctitate, ac virtute transactam ad aeterna felicitatis possessionem immittunt.

Duplex hac veritas Concionis argumentum, atque partitionem poterit suppeditare. IV. Prior, eos, qui in adolescentia virtutem excolunt, fere in reliquo vite curriculo ab ea non recedere; vel saltem illis non desse valida adminicula, singularique gratias, ut id consequantur.

Alteri. Eos e contra qui ab adolescentia se se vitiiis, ac libidini mancipant, aegre respiciunt, ac fere ad finem usque in vitiorum suorum nequitia versari.

Quod autem spectat ad eorum munus, qui puerorum instituendum curam gerunt. 1. Nihil excellentius, nihil utilius est hoc munere adolescentem in pietatis operibus ac Dei timore edocendi. 2. Nullum hoc officium charitatis praestantius est, & quo majora merita acquiras. Primum propter muneris ejusdem pretium, ac dignitatem, quippe inter ea censetur, quae spiritalis elemosina vocabulo nuncupantur. Secundo propter maximam eorum indigentiam, quibus tantum boni defertur. Tertio propter rationem, ac finem, propter quem ea cura suscipitur, qui quidem egregius est, ac maxime excellens. 3. Non aliud munus ad nosmet sanctificandos aptius potest excogitari.

1. Injuria, qua Deus laesitur ab iis, qui adolescentiam in impudicitis, effraenique vivendi licentia traducunt. Mundi servitium, voluptas propria, atque omnia secrete creata praerantur Deo; ac ille tunc temporis laeditur, quo eidem majori cura famulari tenemur, &c. 2. Jactura, quam ipsi patimur; ad quodlibet enim obendum officium nosmet ineptos efficiamus; immatura morte vite ipsius spatium imminuimus; plerumque in mentis cecitate, & cordis obduracione corruimus; atque acceptissimum damnationis aeternae periculum subimus.

Quam maxime interest adolescentes ad virtutem institui; in hoc enim res Ecclesiae, reipublicae, familiarum, publica, privataque agitur; quae singula facili negotio probari possunt experientia testimonio, ac eorum malorum congerie, quae ex recte educationis defectu proficiuntur. 2. Quam in re sancta haec institutio consistit; ut scilicet pueris pietatis, ac religionis sensus infilles, ac sana consilia, quorum ope, atque ductu omnem vitae curriculum transigant; illos seu studii, seu alia quapiam exercitacione detineas, ut otium, vitiorum omnium parentem effugiant, eisque suadeas, ut cum hominibus frugi, virtute, sapientiaque praeditis consuecant.

De recte educationis necessitate: 1. hoc enim tempus vite est periculosissimum, quo animus facile, & bona ebibit, & mala praepcepta, alioquin sibi met regendo impar; & licet a natura felix ingenium sortitus sis, semper tamen facili negotio ab iis, quibuscumque versaris, fit improbi sint, iudicis ac similitum tuorum exemplis corrumperis. Quis igitur infanciam vitum, opus adolescentibus esse egregio duce in hac via, ubi errare non minus facile est, quam perniciosum? 2. Quinam autem Dux iste esse debet? Non enim minoris momenti illius habenda est electio, seu magister, aut praepceptor, five custos futurus sit; hinc enim recte pendet educatio. Hic igitur explorare fit oportet probitatis, ut iis quos erudit, non exemplo minus praestet, quam praepceptis. Vigilans sit, atque muneris suo rite obundo intentus, de salute eorum, qui ipsius curae crediti fuerint, rationem redditurus. Habeat demum tantum auctoritatis, quantum requiritur, ut discipulorum, vel alumnorum suorum, quos fuavitate potius, quam severitate moderari debet, una timorem, amorem, obsequium, extirpationemque sibi conciliet.

IV.

VI.

VII.

VIII.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque unde hauriri queat materia ad praepositi Concionum structuras exornandas.

Sancti Patres. Sanctus Augustinus Sermon. 247. de Temp. prolixam habet orationem, qua pueros ad virtutem excolendam hortatur.

S. Ambrosius l. 1. Offic. c. 17. adolescentibus praecleara tribuit documenta: hoc ipsum praestat libro secundo, ubi inter cetera illos hortatur ut sapientibus, prohibere vitis consuecant ex bonis illorum exemplis affluenter fructum percipiant. Idem in Psalm. 118. ostendit adolescentiam proccacem esse, ambitiosam, atque praesumptioni obnoxiam, earumque rerum adfert rationes. Idem in Psalmum eundem quatuor praestat ab adolescentia Deum colere ostendit.

Idem in ea Psalmi ejusdem verba: Adolescentulus sum ego, & contemptus, plura adfert eorum exempla, ex quorum adolescentia vix spes ulla concipi poterat, quos tamen Deus ad maximas res transcendendas elegit. Idem in illa ejusdem Psalmi verba: In quo corrigis adolescentior viam suam, loquitur de illis, qui in ipso adolescentie flore, spiritus maturitatem, praecoemque gravitatem, & senilem prudentiam sunt consecuti.

S. Basilus in cap. 3. Isaie de vitis loquitur, quibus magis obnoxia est adolescentia. S. Chrysolomus hom. 50. in Math. quod inter probam, improbamque adolescentiae institutionem intercedat, ostendit. Idem hom. 60. in eundem eos, qui puerorum erudiendum curam gerunt, iis comparat, qui equos subigunt, & ad equitandum instituant.

Idem hom. 1. in Epist. ad Hebraeos de puerorum regimine loquitur, & de bono exemplo, quod eorum institutores illis debent ad imitandum proponere. S. Bernardus prolixum Tractatum composuit, cui titulus: De ordine vitae, & morum institutione; Alias de doctrina puerorum, & correctione morum: ubi de adolescentie virtutibus late disserit, ac docet quo pacto illa sese gerere debeat, & regenda sit &c.

Idem in floribus de adolescentia verba facit, de eorum qualitate, quibus credenda est puerorum institutio, deque reverentia, qua sunt illi a pueris creditis excipiendi.

Gobinet eo in libro, cui titulus: Instruccion de la jeunesse en la piete Christiane, quidquid in hoc argumentum dici potest, collegit, ita ut hac in re ille unus esse queat instar omnium; ideoque illino pleraque haufimus, quae sunt a nobis deinceps dicenda. Eius autem libri hic est ordo, hac divisio.

In parte prima eas adfert rationes, quibus ab adolescentia virtutem excolere tenemur.

In altera de necessariis ad virtutem in adolescentia consequendam adminiculis disserit. In tertia agit de obicibus, qui a virtute persequenda pueros detorquent.

In quarta demum de virtutibus, quae in adolescentibus requiruntur, verba facit.

Pater le Brun eo in libro, cui titulus Juventus sancta sive institutio juvenutis Christiane, in pluribus capitibus de virtutibus agit, quae in adolescentibus requiruntur, deque vitis ab istidem fugiendis, atque singula aptis probat exemplis.

Estebius Nierenbergius in aeternis Hom. 14. probat jugum Domini esse leve, si ab adolescentia gestetur.

Cambolas in Christiana vite exemplari cap. 5. ubi de filiorum educatione verba facit, pluribus in sectionibus quomodo instituere pueros oporteat, edisserit.

In libro cui titulus: Instruccion Christiane pour l'education des filles, in praetatione, pluribusque locis de puellarum agitur institutione.

P. Croiset dans les Reflexions Chretienes tractatum habet de puerorum educatione.

Liber, cui titulus: La Connaissance du monde, ou l'art de bien elever la jeunesse, late disserit de iis omnibus, quae ad hoc attinent argumentum.

In libro, cui titulus: Regles Chretienes d'habiles sur les maximes de Jesus Christ, & de l'Eglise pour vivre saintement dans le mariage, Dialogum repetit Houdry Bibl. Tom. 1.

ries de puerorum correctione, ac adolescentie regimine. In libro, qui inscribitur: Jesus en son bas age pour servir de modele a la jeunesse Chretienne, plura adfunt hac de documenta.

Alius libellus inscriptus: Reflexions Chretienes pour les jeunes, qui entrent dans le Monde.

Libri, in quibus de filiorum educatione tractatur, suppeditant quoque nonnulla adolescentibus etiam recte instituendis communia. Eorum autem praecipuos in titulo de Filiorum educatione in medium attulimus. Inter Petrarchae dialogos unum de adolescentia instituenda invenire est.

Plures supersunt adhuc tractatus breves, monita, consilia, praepceptaque ad utriusque sexus adolescentes instruendos continentia.

Non desuere inter ethicos nonnulli, qui argumentum hoc pertractarunt, & ea monita, eaque tradidere praepcepta, quae Christianis etiam adolescentibus perutilia sint.

Plutarchus hac de re data opera tractatum elucubravit est; Cicero in Officiis; Seneca passim, praesertim vero Epistola 110.

Omnes fere nupti concionatores hoc de puerorum institutione argumentum cum parentum cura de Libris educandis, atque in Dei timore erudicendis commiscuerunt, ducti fortasse utriusque argumenti similitudine; ideoque eos potes consulere, quos in titulo de filiorum educatione in medium profereamus.

Auctor sermonum in omnia Ethice Christianae argumenta secundo mysteriorum tomo, & secunda in Deiparae Praesentationem Oratione, sermonem integrum habet de utilitate Deo a teneris unguiculis, ac primo pueritiae flore inserviendi.

Bulsaus de statibus. Titul. de adolescentia statu. Berchorius. Titul. adolescentia. Lohner. Titul. Educatio.

Theatrum vitae humanae. Titul. Adolescentia.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Bibliorum ad hoc argumentum.

Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Genes. 8.

Quis mihi tribuat, ut sim justus menses pristinos secundum diem, quibus Deus custodierat me? Sicut fui in diebus adolescentiae meae, quando erat Omnipotens mecum? Job 29.

Ossa ejus replentur vitis adolescentie ejus, & cum eo in pulvere dormient. Idem, cap. 20. Delicta juvenutis meae, & ignorantias meas ne memineris. Psalm. 24.

Adolescentulus sum ego, & contemptus: justificationes tuas non sum obtusus. Psalm. 118.

In quo corrigis adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. Psalm. 118.

Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Prov. 22.

Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquievit cor meum? Nec audivi vocem docentium me, & magister non inclinavi aurem meam? Prov. 5.

Quae in juvenute tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies? Eccles. 25.

Fili a juvenute tua excipe doctrinam, & usque ad canos invenies sapientiam. Eccles. 6.

Memento Creatoris tui in diebus juvenutis tuae. Eccles. 12.

Adolescentia & voluptas vana sunt, (id est transitoria.) Eccles. 11.

Adolescens in medio magnatorum non presumas, & ubi sum senex, non multum loquaris, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Eccles. 32.

Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. Thren. 3.

Evant filii Israel, & filii Juda jugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua. Jerem. 34.

Adolescentes subditi estote senioribus. 1. Petri c. 5. Qui ad justitiam erudiant multos, subleventur quasi stella in perpetuas aeternitates. Daniel. 12.

Exempla Veteris, Novique Testamenti.

Quemadmodum ea omnia, quae istic afferenda sunt de puerorum institutione, in id unum collantur, ut illi ad Deo quamprimum inserviant, innocentiam tuendam, gravissimumque pec-

Quis in hoc argumentum collectione ediderunt.

Concionatores.

cati horrorem imbuendum excitentur, eos subji-
cimus, quos ex veteri lege sibi ad imitandum pro-
ponere possunt, & quibus recte instituta adolescen-
tia potissimum profuit, ut Deus illos ad sublimio-
rem sanctitatis gradum proveheret.

Primus inter sanctos, atque Prædestinatos, qui
in orbe, initio in orbis ipsius primordiis exite-
rit, est innocens Abel, quem JESUS CHRISTUS
justum vocat in Evangelio. Scriptura ne verbum
quidem facit de primis annis ejusdem; verum pro-
babile admodum videtur, eum summo cum dolo-
re spectasse miserium fratrum, in quem paren-
tis sui propter scelus inciderant; quorum infideli-
tatis horror effecit, ut arctius adhæretet Deo fide-
lissimam caritatem, quam nihil unquam concutere
valuit. Non aliud de ipso traditum nobis fuit, nisi
quod Deo sacrificia offereret, eique deserebat cul-
tum, qui unum illum decebat, & alteri cuiquam in-
communicabilis est, seu quod Adam ejus pater ita
illum erudiverit, seu quod pietas ipsa illum de hoc
officio, quod supremo Patri unice deberetur, admon-
uerit. In hoc igitur pietatis opere se exercuit, &
quidquid optimum erat in gregibus suis obtulit
Deo, ut omnium bonorum suorum Auctori, &
gratum, & devotum animum testaretur.

Samuel, cujus nativitatem orationum vi, ac vir-
tute impetratam excepit educatio parentis optimæ,
quæ illum Deo, antequam in utero conciperetur,
devoverat: filius hic lacrymarum, & precum usum
rationis vix attingit, cum conceptam de se expecta-
tionem implevit. Ejus quippe innocentia, pietati-
que sensus, quibus fuerat imbutus, illum ad eam
cum Deo familiaritatem dispoferunt, quæ parvul-
um puerum in magnum Prophetam convertit,
cujus opera jam ex tunc Deus usus est, ut Heli
Summo Pontifici caeli minas, ac infigne supplicium
porcenderet ob ejusdem nimiam in filios indulgenti-
am, singula describens mala, quæ ipsi, totique
familia impendebant. Reliquis vitz curis magni
hujus viri ab adolescentis sanctimonia minime ab-
horret, cumque in dies virtute, ac sanctitate pro-
ficeret, illum elegit Deus, ut populum suum re-
geret, eique sua iustia depremeret.

Non multo post Salomon floruit, qui Dei iustiti-
am ad sollum evectus duodecim annis ætatis in
populo Dei ea præstitit sapientia, quæ sibi divinitus
concessa fuerat, præmium (nullus enim ambigen-
di locus est) pietatis, ac timoris Dei, in quo at-
tius fuerat, atque institutus. Donec virtute felix
illud excoluit ingenium, quod fuerat Deo favente
fortis, omnes homines sapientia, Reges omnes
gloria antecellit: felix si ad finem usque perse-
verasset, & nisi ad senium vergens tenebras com-
parata sibi gloriæ offudisset, nomini suo infami-
æ notam inuens flagitiis, atque impietate, quem-
admodum Scriptura testatur.

Exemplum Sancti Patriarchæ Joseph, in cuius
pueritia verum virtutis speciem eluxit, liquido
nos docet, ea in ætate innocentiam tueri, atque a
Dei timore ne minimum quidem deflectere, viam
esse ad Cæli præsidium sibi demerendum omnibus
in periculis, quibus in toto vitæ curriculo sumus
obnoxii, atque ad veram sanctitatem indispensen-
dam. Nemo ignorat, hunc sexdecim annos natum
ita flagitiis qualibet perhorruisse, ut morum suo-
rum integritas pravus fratrum exemplis fedari ne-
quiverit, quorum improbritatem cum ferre non
posset, patrem Jacob identidem certiozem facie-
bat. Vita rectitudo, ac virtus, propter quam &
Deo, & parenti acceptus erat, fratrum ipsi con-
stavit invidiam, qui prope fuerunt, ut cruentas in
illum manus injicerent. Verum non id, neque alia,
quæ virtus illius pericula subivit, sed ejus tan-
tam integritatem admittit, quam in gravissimis
eriam, quibus læcessus fuit, adversitatis ser-
vavit incolumem. Timor Dei, quem ab ipsa imbu-
erat infans, effecit, ut nequissimum horreret ad-
ulterium, ad quod ab impudica Domina & minis,
& illecebriis allocebat. Neque in tebus prosperis
minor cura suam erga Deum fidelitatem proba-
vit, quam in adversis, qui duo sunt periculosissimi
mi virtutis scopuli, nisi hæc fuerit educationis san-
ctitate corroborata, qualis fuit hujus Sancti Patri-
archæ virtus, qui ad extremum usque senium in
utraq; fortuna semper se eundem ostendit.

Sanctus vir Tobias ipse quoque virtutis exem-
plar est; adolescens enim mira edidit sanctitatis
specimina, quæ leguntur in Bibliis. Hic cum esset
junior omnibus in tribu Nephtali, nihil tamen pue-
ritæ agist in opere. Denique cum veni omnes ad vi-

Exemplum
innocentis
Abel.
A tanguit
ut iusti ad
bet Cr.

Samuelis
adolescen-
tiam exem-
plum.

Salomonis
exemplum
in adoles-
centia.

Exemplum
S. Patri-
archæ Joseph

Exemplum
Tobie

culos aureos, quos Jeroboam fecerat Rex Israel, hic
solum fugiebat consortia omnium, sed pergebat in Je-
rusalem ad Templum Domini, & ibi adorabat Domi-
num Deum Israel, omnia primitiva sua, & decimas
suas fideliter offerens. Post quæ Sacer Textus ad-
dit; Hæc, & his similia laudanda legem Dei pu-
erulus observabat. Quam præclara esse pueri nihil
puerile agentis, videlicet nihil virtuti oppositum
operantis vita; qui se non patitur pravorum exem-
plorum torrente rapi, sed constans in Dei servi-
tuo persistit, tunc cum ceteri illum tartipet dere-
linquunt. Adolescentiam egregie ab eo traductam
nonnulli sancta senectus excipere poterat, qualem
Scriptura in vitz ejusdem historia describit.

Neque Danielis Prophete exemplum præterire de-
bet, qui cum in pueritia sanctissime institutus fuis-
set, Deo fidelis permansit, & in captivitate sua
impit Regis vi, munieque nequaquam deterruit in-
tegritatem, Religionemque servavit incolumem.
Hic divina profus sapientia repletus fuit quam Re-
ges potentissimi consuluerunt; ac meritis est, ut
Deus magna sibi revelaret mysteria, quæ Messia
personam, & ultionem spectabant, quæ de mor-
te Christi sui Deus sumptus erat, cuius quidem
tempus discretissimis verbis aperuit. Puer hic non-
duodecim annuam attingerat, cum impudissi-
mos fenes, qui Susanna vim inferre studuerant,
confudit; eumque suscitavit Deus innocuæ mul-
ieris patronum, eo quod ipse quoque innocentissi-
mus erat.

In Bibliis eos fere omnes, quos Deus ad altio-
rem sanctitatis apicem, vel ad præclaras res geren-
das vocavit, a teneris usque unguiculis non com-
munem virtutis speciem præ se tulisse conspicimus,
futuræque magnitudinis fundamenta in sancta edu-
catione jecisse. Talis fuit Isaac ab Abraham opti-
mo parente suo domi, quæ virtutis erat schola, edu-
catus. Talis sanctus ille Job ab adolescentia pronus
adeo in misericordiam, ut misericordia ipsa cum
illo genita fuisset, atque cum eodem adolevisse vi-
deretur. Talis Jeremias, qui decimum quartum
vel decimum annuam ætatis in Deo iustus
nomine ipseus ad Reges, & populos loqui, licet
suam præteriret pueritiam, agnovit hanc non obesse
præclaris rebus præparandis, ubi Deus aliquis uti
vulerit ministerio. In magno Regum Juda nemero,
qui post Salomonem imperitarunt, sex recententur,
qui toto vitæ spatio pie, sancteque viverent,
eo quod ab adolescentia vitam recte instituerant,
videlicet Afa, Josaphat, Ozias, Joathan, Eze-
chias, Josias; cum interim, qui scelessi mere, qui
quidem longe majori cæntentur in numero, omnes
ferme ab ipsa pueritia flagitiola, atque impia, qua-
les essent futuri, non obcura dederunt documenta.

Quamvis Mundi Redemptor quamlibet vitæ suæ
partem, atque momentum ætatum omnium salu-
ti, atque sanctificationi devoverit; in iplo tamen
præsertim nativitatis exordio, primaque infantia
clariora præbuit exempla paupertatis, obedientiæ,
humilitatis, eorumque præceptorum, quæ deinde
ætate provehoer edocuit. II, qui de mystica vita
tractarunt, fatentur etiam, hæc eadem exempla,
quæ in ipsa tradidit adolescentia, majorem necio
quam vim, illecebremque obtinere ad hominum
animos in sui imitationem alliciendos, rapiendum-
que. Illud tamen certe certius est, ipsum e re ma-
ximè futuram censuisse, si ab ipsis usque incuna-
bulis virtutum earum tradidisset exempla homini-
bus, qui eadem toto vitæ spatio exercere debe-
bant, quod fieri nullo fere modo potest, nisi ab
ipsa inceperint adolescentia.

Quid de primis Beatissimæ Virginis annis dicam,
quæ primo statim vitæ suæ momento se fe Deo ad-
didit? Nullus ambigendi locus est, quin omnes illos
in omnium virtutum exercitatione transegerit, &
quidquid vel minimum ipsa operata esset, longe su-
perasse in gloria, ac præstantiora illorum Sancto-
rum merita, qui maxima sanctitatis laude florue-
runt. Hæc enim Ecclesie, hæc Doctorum omnium
sententia est, eamdem in singula momenta & gra-
tia, & sanctitate proficere, ut se tandem Divina
maternitate dignam præberet.

Quæ autem virtutis, ac sanctitatis exempla glo-
riosus J.C. præcursor tradidit S. Jo: Baptistæ. Hu-
jus nativitas miraculo non caruit; pueritia in ere-
miti solitudine transacta prodigii loco habita est;
penitentia, atque austeritas ipsius nature vires ex-
cessisse videtur; ideoque tanta virtutis lumen de-
serti sui tenebris superavit, tantumque fulgoris
emisit, ut omnes undaque ad illum confluerent.

Prophete
Danielis
Exem-
plum.

Congeries
eorum, qui
virtute, ac
sanctitate
excelsitan-
t, eo quod a
pueritia
virtutem
adepi-
tunt.

Exemplum
J.C. in
pueritia.

Exemplum
S. Jo. Bap-
tiste.

Exemplum
S. Jo. Bap-
tiste.

dubitarentque, utrum ipse ille Messias esset, cu-
jus se vocem tantummodo, præconem, præcursor-
que appellabat. Oportebat autem, eam existima-
tionem, quæ de ipso merito, atque sanctitate
percrebrerat, tantam esse, ut ipse testimonium
missionem Salvatoris in Mundum sua auctoritate
proberet, ac populus Juda hunc talem vere esse,
ex illius affirmatione teneret; ita ut ipse quoque
Dei filius eundem in testem assumeret, ejusque
testimonio, tanquam argumento confirmaret mis-
sionem suam, quæ, licet tot miraculis propalam
patris suffulta, in dubium tamen revocabatur.

Quis autem ignorat, ideo præ ceteris a JESU
CHRISTO singulari affectione distinctum illum
fuisse discipulum, qui dilectus ab eodem vocatur,
quod inter Apostolos ætate minor erat, ceteris ve-
ro innocentiore, puriore, quodque in ipso ætatis flo-
re Divino adhereret præceptor, se se eundem ad-
dicens servituti statim ac fuit ab eodem vocatus.
Hanc adfer causam D. Hieronymus, quæ tamen
nequaquam excludit virtutes ceteras, quæ eidem
JESU CHRISTI amorem conciliarunt, & quæ to-
tidem erat Cæli munera, ac beneficia.

S. Paulus de Timotheo Discipulo suo verba fa-
ciens ait, hunc a nemine propter adolescentiam
esse contempndum, quæ in re satis offendit, quan-
ti faceret virtutem illius, prudentiam, zelum, ca-
teraque notas, quæ illum eo, quoungebatur
munere, dignissimum effecerant: ita ut nihil pue-
rile in eo inveniretur præter ætatem, cui virtutes,
mores, providentique ætatis præcox prudentia fa-
tis, & abunde supplebant.

Plura conscribenda essent volumina, si asserere
vellemus eorum omnium exempla, qui omnibus
in regionibus, omnibusque sæculis post institutam
Christianam Religionem floruerunt, qui ab ipsa
adolescentia Domino fideles extierunt, & ex pri-
mis usque pueritiæ suis rudimentis præclarum fu-
turæ sanctitatis speciem præbuerunt; quos Deus
sanctissima educatione ad magna obunda munera
disposuit, atque præparavit, quibus illi hac ratio-
ne parès se præbuerunt.

Quorundam Scripturae locorum ad id argu-
mentum applicatio.

Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ.
Eccles. 12. Jabet Deus, sibi ab ipsa pueriti-
a servitutem præstari. Hoc autem indignavit,
cum in veteri Testamento præcepit, ut sibi homi-
num, brutorumque primogenita, fructumque om-
nium primitivæ offerrentur. Quid autem magis
æquum est, quam toto vitæ curriculo famulari Deo,
qui nobis & esse, & vivere largitus est, Parenti
optimo, qui tanta liberalitate nos alit, nobisque
præclaram adeo promittit hæreditatem? Nonne
indignum, ac nefas est mundo vividiore, ston-
tioneque vitæ pariem impendere, Deo autem
servare corpus & sensu confectum, & flagitiis ple-
rumque nequissimis debilitatum? Non ne hoc ini-
tari est infelicis Cain, quidquid in grege macie
confectum erat, offerentem? Nonne hoc est se se
iis maledictis obicere, quibus fuit ille percussus?
Ab adolescentia igitur Deo inservias, alioquin in-
obedientia, ingratitude, in iusticia nota damnan-
dus, ac immenso orbandus eorum meritum the-
sauri, quem tibi comparare valuisses, si a teneris
usque unguiculis virtutem exercere inceperis:
Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ.
Historias Sanctorum evolve, & ubi unum invenies,
qui proventiari ætate conversus egerit poenitentiam,
sexcenti occurrunt, qui ab ipsis fere in-
cunabulis præclara præbuerint ejus sanctitatis indicia,
ad quam deinde pervenerunt.

Fili a juventute tua excipe doctrinam, & usque
ad canos invenies sapientiam &c. Eccles. 6. Audite
pueri, auribus percipite Spiritus Sancti verba sua-
dentis, ut Domini legem discatis. Verum ab ado-
lescentia inchoandum est: A juventute tua excipe
doctrinam. Ex eo tempore percipienda est ratio
interveniendi Domino, virtutesque Christianas exer-
cendi, quas Divina lege docemur. Verum vim
verborum attendite: Excipe doctrinam. Hæc qui-
dem est excipienda, non enim nobiscum nascitur,
& ex Sapientis præceptoribus magisterio percipitur,
quamobrem si videris instatam, inquit Sapiens,
evigila ad eum, & gradus obiorum illius exterat
pei tuus: Cogitationum tuam habe in præceptis Dei, &

in mandatis illius maxime assidens esto: & ipse da-
bit cor tibi, & concupiscentia sapientie dabitur tibi.
Nonne præposterus error est, ut humanas scientias
acquiras, Præceptores audire, ut autem sapientiam
naturalem, divinamque sapientiam allequaris; nul-
lius opem inquirendam esse arbitris? Patetis, te
citra Rhetoris præcepta Eloquentiam non posse per-
cipere, & sine Sapientis doctoris consilio te per-
fectum Christianum futurum esse censere? Fili ex-
cipe disciplinam.

Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus igno-
ro, viam viri in adolescentia. Prov. 130. Hoc est qua-
rum me prolixo latet, Judicium est de ho-
mine in adolescentis statu ferendum. S. Hierony-
mus ait accurate notandum esse, quid asserat fa-
ciens de iis, quæ sibi negotium in hoc judicio fa-
ciendo faciunt. Adolescentes in affectuum suorum
ætu, omnem habet aquila rapiditatem, atque im-
petum; in voluptatum, vortorumque suorum vari-
tate, omnes habet serpenti plicas, & sinus; in va-
riis cogitationibus, quibus in diversa trahitur, at-
que in obiectorum, quæ appetit, multiplicitate,
omnem præferebat motum, quo navis ventorum,
ac tempestatis viribus acta agitatur. In hoc autem
stato adeo incoerco, ac inquieto, quid agent, sine
præceptore, sine duce, qui hujus aquila volatum
regat, huic serpenti viam indicet, & navim hanc
inter procellas, & scopulos tuto, ac feliciter in
portum adducat.

PARAGRAPHUS IV.

Sanctorum Patrum in hoc argumentum loci, atque
sententia.

Adolescentes magis metu quam ratione revocan-
tur a vitio. Ambrosius, lib. de Joseph Pa-
triarcha.

Proxima est lapsibus adolescentia, quia variorum
ætu cupiditatum fervore calentes inflammatur ætas.
Idem I. r. de Davide.

In adolescentibus verecundia commendatur. Idem,
I. r. Offic.

Verecundia, cum sit omnibus ætatibus & personis
apta, tamen adolescentibus, juvenilibusque animo maxime
debet. Idem, ibidem.

Est bonorum adolescentium, immorem Dei habere,
deserere parentibus honorem, habere senioribus reve-
rentiam, castitatem tueri. Idem, ibidem.

Vita immaculata senectutis stipendium est. Idem,
lib. 2. Offic. cap. 20.

Difficiliter eradiatur quod rudes animi peribiberunt,
Hieronym. Epist. 7.

Recentes testa, suu saporem retinet, & odorem quo
imbuta est. Idem, ibidem.

Halent in se (adolescentes) lentum quiddam &
molle, quod facile formari queat, usque ad arbitrium
volentis trahi, & in cunctis fere rebus citius assue-
scunt omne quod tenerum est. Idem vel quisvis alius,
Epist. ad Demetr.

Propter adolescentem est ut pudici sint tam men-
te quam corpore, tam opere quam cogitatione: ut nul-
la sit in adolescentibus suspicio turpitudinis. Idem,
in Epist. ad Tit.

Juventus insipientia copulata est. Idem, in c. 12,
Eccler.

Onus istud (nempe jugum Christi) maturi ad obe-
diendum anni ægre ferunt: ætas tamen graviter oneris
molestiam per virtutis incrementa non sentit. S. Hil-
larius, in Psalm. 128.

Sicut in senibus sobrietas & morum perfectio requi-
ritur: ita in adolescentibus obsequium, & subjeccio,
& obedientia. Cyprian. lib. de 12. abuson.

Sicut fructus non inventur in arbore, in qua stas
prius non apparuerit; sic in senectute honorem legitimum
consequi non poteris, qui in adolescentia disci-
plina alioquin exercitatione non laboravit. Idem,
ibidem.

Indigne transecta adolescentia odiosam efficit sen-
tentiam; ex honeste acta superior ætas fructus capit
auctoritatis. Callisto: in Epist.

Divitia senum non sunt canities capiti, sed indu-
stria juventutis; nec plurimum annorum circum, sed
præteritorum laborum stipendium habenda. Idem, ib.

Litterarum doctrineque studis nullum aliud tem-
pus accommodatius fingi potest. Greg. Nazianz. Epist.
ad Nicobut.

Otiosa juvenitatis impudenter educata, omni ferocis-
sima bestia immanior. Chrysof. Homil. 38. in Matth.

Qui in hac ætate se domant, & Deo se sociant,
off-

Exemplum
S. Joannis
Evangelis-
tæ.

Testimo-
nium S.
Pauli de
Timoth.

Dilectulo
servicendum
Deo.

A puero
divina lex
edificanda
ejusque ad-
implenda
ratio.

fferunt Deo hostiam viventem; Deo placentem, immaculatam. Hugo a Sancto Vict.

PARAGRAPHUS V.

Ea, que ex Theologia, Ethiceque peni ad hoc argumentum possunt deprimi.

Adolescentia educatio bifariam potest considerari; 1. quatenus ad eos atinet, qui illius erudenda, erudiendaque curam suscepimus; 2. quatenus spectat ad pueros ad officia sua rite paranda imbuedos.

Quocumque modo, & qualicumque in sensu educatio ista consideretur, liquet, proprus Christianam esse debere; cumque in ea tum docentium, tum docendorum salus agatur, & plurima inde oriri possint in utramque partem seu bona, seu mala;

Abstrudum profecto videtur pueros tanta cura profana docere scientias, cum interim omnis negligatur cogitatio eisdem salutis scientiam tradendi, quæ omnium est difficillima, & quæ una omnium maxime, immo unice est necessaria.

Nollis dubitandi locus est, quominus Charitas ceteris virtutibus præret; neque minus liquet, zelum perfectissimum esse Charitatis opus; neque enim aliud est, quam fervor, atque divini amoris effusio, qui cum cordis angustis capi nequeat, superfluit, quod plenitudinis indicium est.

studium ad virtutem traducere. Profecto cum contrariorum eadem sit ratio, ac disciplina, cum nullo addit peccatum, in quo Filius Dei vehementius infurexerit, quam scandalum, ex quo flagitia edificunt pueri pravis exemplis ad imitandum illekti.

Inter eos autem, quos zelus ad proximorum salutem, communemque ciem utilitatem, principem profecto locum li teneant, oportet, qui pueris erudiendis se de devote. Ethnicos ipsos, licet solum rationis lumen ipsi affulgeret, hæc veritas nime laur.

Patrum æque, ac Theologorum constantis sententia est, rectam sanctamque educationem habitam semper fuisse tamquam prædestinationis initium, indiciumque ob eas, quas attulimus causas, nuncquam satis repetendas.

Perperam autem inquit nonnulli, ut adolescentiæ licentiam probent, vel saltem eam tolerant, quin medicinam fundant asserere; perperam, inquam, alunt, non desuisse impuros homines, qui ubi ætatis desuberit ætatis, penitentiam egerint serio, & deinde frugi, castamque vitam duxerint.

Inter perniciosissimos delos, quibus utitur Dæmon, ut adolescentem in effræmum vivendi licentiam, flagitiosamque libidinem impellat, ille cohortem ducere videtur, quo suadere conatur, ætatem hanc non virtutis, pietatiq; sed voluptatum, ac solatiuorum tempus esse; ita enim illum Sapiens inducit pueros alloquentem: Lætare juvenis in adolescentia tua, & in bono sis cor tuum in diebus juventutis tue, & ambula in visis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum.

Nemo ignorat incredibilem pravorum habituum vitium, qui ubi semel radices jecerint, inde non nisi fum-

Quid sit, & in quo sita Adolescentia institutio.

Quanti referat Adolescentes recte educari.

A generis Dei lex est addicenda, ac Religionis præcepta percipienda.

Excellentia munitis eorum qui pueros erudiant.

Mari. 18.

Horum zelus perfectissimam.

Bene instituta puritate prædestinationis indicium.

Qui adolescentiam in vicis traduxerunt, raro, ac difficile convertuntur.

Fallitur, qui adolescentiæ tempus voluptatibus addicendum putat, ut pote casum primum.

Escl. 11.

summo cum labore possunt divelli: hoc illis proprium est, quod diutius perseverant, & difficile dilabuntur. Verum ex pravis habitibus illi, qui ab ipsa induuntur adolescentia, acerrimi sunt, atque vix ulla cura evelendi. Et ratio constat; affectus enim, qui sunt vitiorum instrumenta, nisi eo tempore virtute regantur, cum ætate adolescant, atque adolescentem virum agent, solidantque, quod, cum in dies illi novæ accedant vires, tandem nulla potest arte superari.

Si verum est, adolescentiæ vitia ægre emendari, hinc profecto sequitur, pleræque flagitia, quæ in hominibus grassantur, illinc originem trahere, quod flagitiosa fuerit adolescentia: id vero clarius in illis patet, qui dum inter studia versantur, a vitis minime abhorruerunt.

Dæmon perfidus ille humanæ salutis inimicus nihil magis expavescit, quam recte institutam adolescentiam, ideoque tunc temporis virum tentat, omneque conatus exerit, ut in peccata pueros impellat; id si fecerit, certus futurum, ut hi in nullum reditus spem intereat.

Quemadmodum educatio propriè est ars pueros excolendi, illos quæ scientiis, qua rectis moribus imbuedi, eosque docendi omnia tum urbanæ, tum christiane vite officia; hæc neque naturalis ingeniorum opus, neque quorundam præceptorum opus, quæ sine arte, sine methodo, inperita, scientiæ, ordine opus est, ut probe adolescentiæ excolatur.

Affectus nobiscum nascuntur; neque diu infirmi sunt; igitur & rationis infirmitate, atque indulgentia, qua prima ætatis excipi solet, semper abutitur. Educatio experientie defectum supplere debet; hæc docet illos subigere, atque per ætatem sint metendi, & nisi vitiorum horrore rationem, ut ita dicam, prævertit, huc saluberrima consilia, & ægregia Documenta nimis sero asseruntur.

Adolescentem rectè institutum, si ceciderit, facilius ad frugem redit, quam qui non ita belle fuit educatus. Flagitiosus juvenis nulla exultus disciplina multis caret subsidiis, & vere dicere possumus, institutione animam fieri dociliorem. Vitium spiritum quidem hebetem efficit, nunquam tamen penitus tollit prima honestatis, ac religionis rudimenta. Idem ferme accidit, ac in senibus, & plantis, quæ diutius abditæ, atque insepuce jacent, veluti mortuæ, nive, hyemalique glacie obrute, sed hoc eodem in statu vite principium retinent, quo vere quodammodo renascuntur, temporibus suis fructus optatos allature; ita rite educatus adolescentem ad ætatem sui obliviscitur, si a Dei servitio recedat, si in peccato mortuus videatur; accepta institutio in eo vite germen reliquit, cuius ope ad gratiam reviviscit, ubi Dens mentem ejus illustraverit, quod identidem præstare non cessat, & cor ejus calefecerit, in quo plures annos Charitas interperat.

Cum doceat educatio a teneris frænare affectus, amorique proprii studii habenas immittere, extraneam omnem dubitationis aleam posuimus est, eadem maximum ad virtutem acquirendam adjuvamentum adhibere, ejusque exercitationem efficere faciliorem. Tradit hæc modestiæ regulas, & documenta, quæ virtus libenter adoptat, & perficit. Quemadmodum enim urbani, officiosique modi qui inter honestos viros jucundam efficiunt consuetudinem separari nequeunt ab ea morum suavitate, ac ratione, quæ erga illos, quibuscum agitur, est habenda; pietas agrum invenit minus incultum, minus, ut ita dicam, veprium, quæ evolat, invenit, minuitque obstaculorum, quæ infringat. Profecto ii omnes, qui excoli sunt, & mundum norunt, non omnes devoti sunt, neque virtute præditi; urbanitatis enim officia servari possunt, cum interim Evangelij negligatur officium.

Non ingenia tantum puerorum sunt excolenda, quod tanti laboris non esset; eorum iure affirmam possimus in morum scientia voluntatem potius, quam intellectum esse exercendam. Sin autem mores ab Evangelicis dissentiant præceptis, illi profecto Christiani non sunt; ideoque horum doctrina maximam educationis partem constituit, oportet; educatio enim imperfecta est, si id negligas vel quod voluntatem, vel quod mentem informatur. Quæ in re notandum est mundi facilitas, quam salutis scientiam acquiri. Minori difficultate urbanitatis, quam Evangelij documenta discuntur; alia tamen aliis inserviunt, mutuique fiunt subfidis; atque optime instituta educatio alterum ab altero non sejungit.

Ad pueros autem erudiendos, nequaquam satis est zelo, ac pietate præditi esse; immo nec factis est artes omnes, quæ habentur in pretio, calere; sed tenere, opus est, artem virtuti, ac scientiæ amorem conciliandi apud adolescentes, qui suoque ingenio neutram diligunt. Diutius studere oportet, quid adolescentia conducatur, ut apte possit erudiri. Ingenium supplerat nequit experientia defectui. Intus & in cute explorandi sint puerorum animi, innataque studia; & corda eorum concilianda. Nescio quid amplius requiratur, quam eorum sibi amorem, ac reverentiam comparare, ut bene instituantur. Numquid ergo mediocre ingenium requiratur? numquid vulgaris sufficiat experientia, ut quis idoneus habeatur, ad pietatis amorem cum scientiarum voluptate, urbanitatem morumque suavitatem cum virtutis, studique cura in alumnis sciendum?

Quidam sunt ætatis defectus, & quidam defectus naturalis indolis in adolescentia; illi quidem communia, atque universalia remedia possunt admittere; horum vero natura penitus est investiganda, ut statim opportuna, præsentis medicina applicetur. Blandiri morbis, idem est, ac eos nullo pharmaco sanandos efficere; nonnumquam tamen vereri, ne nimis eisdem blandiaris, idem est, ac eos irritare. Medela ex moderata severitate, prudentique suavitatis constare debet; scire oportet, pro tempore ratione, & increpare, & laudare, dissimulare nonnumquam, aptare præcepta, ac ipsam rationem præcipiendi sedulo expendere, puerosque ingenia, captivumque explorare ita ut jure affirmari possit, nemini plura esse præcavenda quam illis, quibus adolescentia insititende cura demandata est, si rite velint suo munere perfungi.

Non desunt animi præclaris adeo decorati dotebus, corda ita bene nata, ingenia adeo feliciter, ut virtutem exiguo illis labore constare dici queat, & vix aliquid institutionis percipiendum relinquatur; at quam raro hæc accidit! illi quoque indigent cultura, & asseri etiam possent, licet egregium sit a natura sortitus fuerit ingenium, id parum esse, nisi summa cura excolatur. Alia vero adeo mala sunt, & facili adeo negotio in malum ferunt, ut ingentis sit operis eis reformare, nisi ars doctrinam accesserit. Sed ut generatim loquamur, nullum est adeo rude, atque informe, quod tandem non expolitur, & ad virtutem vocetur, si a teneris inchoatur, dummodo & idoneus cultor adsit, & opportuna methodo adhibeatur. Sollicitæ curæ, ubi de pietatis institutis agitur, numquam felici effectu destituntur.

Doctores non pauci, qui in hoc argumentum elucubrati sunt, animadvertunt, adolescentiam utri-

Res ita instituta facilius efficit virtutis exercitationem.

Educatio bona fit Christiana.

Artes educandi peritior requirit magistros.

Remedum contra vitia adolescentiæ.

Ingenia quædam sunt adeo felicia, ut facile instruantur.

Natura corruptio efficit, ut